



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 12. Prius ne & plenius procedit Spiritus sanctus à patre quàm filio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

L I B E R I.

At quum & ipsi quoque Græci spiritum sanctum fateantur esse etiam spiritum filii: verbis dissentientes in sententia cum Latinis conueniunt.

Quam etiam sententiam quidam maiores eorum satis expressè in scriptis suis posuerunt.

Caput 12.

Prius'ne & plenius procedit Spiritus sanctus à patre quàm filio?

**A** Patre spiritus sanctus nec prius nec posterius processit quàm à filio: nec cōtrā, eò quòd ibi nulla intertemporis successio vel duratio

Vnde nec habet locum quæstio illa, an processerit spiritus sanctus iam nato filio, an adhuc nascituro Nam omnes personæ sunt cōternæ.

Hinc etiam nec maiore perfectione dignitatis nec plenius à patre procedit quàm à filio sed æquè perfectè.

Principaliter tamen & propriè à patre mittitur per filium, eò quòd pater à nullo est, filius autem hoc habet à patre.

Caput 13.

Cur spiritus sanctus nec filius, nec genitus dici potest?

**A** 7 **Q**uan-

*Ioan. 15.*

*Galat. 4.*

*Athā. in*

*symbolo.*

*Didymus*

*lib. 2. de*

*spiritu san*

*cto. Cyril-*

*lus epist.*

*ad Nestor*

*Aug lib.*

*15. de Tri.*

*cap. 26.*

*Hier. c. 4.*

*ad Cyril.*

*Ioan. 5.*

*Aug. li. 5*

*de trinit.*

*capit. 26.*